in sempiternum: et ultra non faciam com
moveri pedem Israel de terra quam dedi
patribus eorum. Si tamen custodierint
opere omnia que precepi eis: et universam
legem quam mandavit eis servus meus
Moyses. Illi vero non audierunt: sed se
ducti sunt a Manasse ut facerent malum
super gentes quas contrivit Dominus a facie fi
liorum Israel. Locutusque est Dominus in ma
nu servorum suorum prophetarum dicens.
Quia fecit Manasses rex Iuda abomina
tiones istas pessimas super omnia que fe
cerunt Amorrei ante eum: et peccare fecit
etiam Iudam in inmunditiis suis: propter
ea hec dicit Dominus Deus Israel. Ecce ego inducam
mala super Ierusalem et Iudam: ut quicumque
audierit tinniant ambe aures eius. Et
extendam super Ierusalem funiculum Samarie
et pondus domus Achab: et delebo Israel
sicut deleri solent tabule. Delens vertam
et ducam crebrius stilum super faciem eius.
Dimittam vero reliquias hereditatis mee
et tradam eas in manu inimicorum eius.
eruntque in vastitatem et in rapina cunctis
adversariis suis. eo quod fecerint malum
coram me: et perseveraverint irritantes
me ex die qua egressi sunt patres eorum
ex Egypto usque ad diem hanc. Insuper
et sanguinem innoxium fudit Manas
ses multum nimis. donec impleret
Ierusalem usque ad os absque peccatis suis quibus
peccare fecit Iudam: ut faceret malum coram
Domino. Reliqua autem sermonum Manasse et universa
que fecit et peccatum eius quod peccavit nonne hec
scripta sunt in libro sermonum dierum re
gum Iuda? Dormivitque Manasses cum
patribus suis: et sepultus est in horto domus
sue in horto Oza: et regnavit Amon filius
eius pro eo. Viginti et duo annorum erat
Amon cum regnare cepisset duobusque

Et delebo Ierusalem sicut deleri solent tabule et delens vertam et revolvam in facie sua

annis regnavit in Ierusalem. Nomen ma
tris eius Messallemeth filia Arus de
Iechba. Fecitque malum in conspectu Domini
sicut fecerat pater eius: et ambulavit
in omni via per quam ambulavit pa
ter eius: servivitque inmunditiis quibus
servierat pater suus: et adoravit eas: et re
liquit Dominum Deum patrum suorum: et non
ambulavit in via Domini. Tetenderuntque ei
insidias servi sui: et interfecerunt regem
in domo sua. Percussit autem populus terre omnes
qui coniuraverant contra regem Amon:
et constituerunt sibi regem Iosiam filium
eius pro eo. Reliqua autem sermonum Amon
que fecit nonne hec scripta sunt in libro
sermonum dierum regum Iuda? Sepelie
runtque eum in sepulchro suo in horto Oza:
et regnavit Iosias filius eius pro eo. Lxxxvi.

Et occidit omnis populus terre eos qui coniuraverunt super regem Amon.

Octo annorum erat Iosias cum Lxxij
regnare cepisset: triginta uno an
no regnavit in Ierusalem. Nomen matris
eius Ydida filia Phadaia de Besecath. Fecitque
quod placitum erat coram Domino: et am
bulavit per omnes vias David patris sui.
Non declinavit ad dexteram: sive ad sinis
tram. Anno autem octavo decimo re
gis Iosie misit rex Saphan filium Asia
filii Mesullam scribam templi Domini: di
cens ei. Vade ad Helchiam sacerdotem magnum: et
dic ei ut conflet pecunia que illata est
in templo Domini quam collegerunt templi ianito